



Cambridge Pre-U

LATIN

9788/03

Paper 3 Unseen Translation

For examination from 2020

SPECIMEN PAPER

2 hours



You must answer on the answer booklet/paper.

You will need: Answer booklet/paper

INSTRUCTIONS

- Answer **all** questions.
- Write your translations on alternate lines.
- If you have been given an answer booklet, follow the instructions on the front cover of the answer booklet.
- Use a black or dark blue pen.
- Write your name, centre number and candidate number on all the work you hand in.
- Do **not** use an erasable pen or correction fluid.
- At the end of the examination, fasten all your work together. Do **not** use staples, paper clips or glue.

INFORMATION

- The total mark for this paper is 90.
- The number of marks for each question or part question is shown in brackets [].

This specimen paper has been updated for assessments from 2020. The specimen questions and mark schemes remain the same. The layout and wording of the front covers have been updated to reflect the new Cambridge International branding and to make instructions clearer for candidates.

1 Translate into English. Write your translation on **alternate** lines.

During Caesar's campaigns in Gaul, the Gallic chief Vercingetorix points out to his cavalry commanders the advantages of attacking the Romans while they are on the march. This advice wins full approval.

cum Caesar in Sequanos per extremos Lingonum fines iter faceret quo facilius subsidium provinciae ferri posset, circiter milia passuum X ab Romanis trinis castris Vercingetorix consedit; convocatisque ad concilium praefectis equitum venisse tempus victoriae demonstrat: fugere in provinciam Romanos Galliaque excedere; id sibi ad praesentem obtinendam libertatem satis esse, ad reliqui temporis pacem atque otium parum profici: maioribus enim coactis copiis reversuros neque finem bellandi facturos. proinde agmine impeditos adoriantur; si pedites suis auxilium ferant atque in eo morentur, iter facere non posse; si, id quod magis futurum confidat, relictis impedimentis suae saluti consulant, et usu rerum necessariorum et dignitate spoliatum iri. nam de equitibus hostium quin nemo eorum progredi modo extra agmen audeat, ipsos quidem non debere dubitare; id quo maiore faciant animo, copias se omnes pro castris habiturum et terrori hostibus futurum. conclamant equites, sanctissimo iure iurando confirmari oportere, ne tecto recipiatur, ne ad liberos, ne ad parentes, ne ad uxorem aditum habeat qui non bis per agmen hostium perequitasset.

Caesar, *De Bello Gallico* 7. 66

provincia, -ae (f): i.e. the province of Gallia Narbonensis, in Gaul
trini, -ae, -a: three

parum profici: to be of too little use

proinde: accordingly, therefore

consulo, consulere, consului, consultum (+ dative): I am concerned for

spolio (1): I deprive, I strip

modo: (here) even

ius iurandum (n): a sworn oath

confirmo (1): I declare, I assert

Sequani, -orum: Sequani (a Gallic tribe)

Lingones, -um: Lingones (a Gallic tribe)

[Translation: 40]

[Style and fluency: 5]

[Total: 45]

- 2 (a) Translate into English. Write your translation on **alternate** lines.

Stormy weather prevents Leander from swimming from Abydos across the Hellespont to his lover Hero. Instead he sends this letter by ship.

ipsa vides caelum pice nigrius et freta ventis
 turbida perque cavas vix adeunda rates.
 unus, et hic audax, a quo tibi littera nostra
 redditur, e portu navita movit iter;
 adscensurus eram, nisi quod, cum vincula prorae
 solveret, in speculis omnis Abydos erat.
 non poteram celare meos, velut ante, parentes,
 quemque tegi volumus, non latuisset amor.
 protinus haec scribens, 'felix, i, littera!' dixi,
 'iam tibi formosam porriget illa manum.
 forsitan admotis etiam tangere labellis,
 rumpere dum niveo vincula dente volet.'
 talibus exiguo dictis mihi murmure verbis, 13
 cetera cum charta dextra locuta mea est. 14
 at quanto mallem, quam scriberet, illa nataret,
 meque per adsuetas sedula ferret aquas!
 aptior illa quidem placido dare verbera ponto;
 est tamen et sensus apta ministra mei.

Ovid, *Heroides* 18.7–24

pix, picis (f): pitch, tar
cavus, -a, -um: hollow
quod : that
in speculis: on the look-out
celo, -are (+ acc.): I escape the notice of
tangere: alternative form of *tangeris*
charta, -ae (f): paper
illa (lines 15 and 17): refers to *dextra* in line 14
sedulus, -a, -um: eager
ministra, -ae (f): agent

Abydos: Abydos (Leander's home town, on the shores of the Hellespont) [40]

- (b) Write out and scan lines 13 and 14 (*talibus ... mea est*) marking in the quantities, divisions between feet, and main caesurae. [5]

[Total: 45]

BLANK PAGE

Permission to reproduce items where third-party owned material protected by copyright is included has been sought and cleared where possible. Every reasonable effort has been made by the publisher (UCLES) to trace copyright holders, but if any items requiring clearance have unwittingly been included, the publisher will be pleased to make amends at the earliest possible opportunity.

Cambridge Assessment International Education is part of the Cambridge Assessment Group. Cambridge Assessment is the brand name of the University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which itself is a department of the University of Cambridge.